



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

**Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

Spirens., 1660

9. Quomodo dividatur iudicium ex forma seu modo procedendi, in
ordinarium, extraordinarium aut summarium. Et quaenam sint huiusmodi
iudicia?

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

9.

interdicto agatur, in personam est iudicium, per rubr: ff. de Interd: §. ult: instit: eod: L. ult: C. eod: L. 2. & 4. C. unde vi L. ult: C. de lib: exhib.

8. Mixta verò iudicia quæ partim in rem, partim in personam sint, non agnoscimus §. 1. instit: de act: L. 1. §. 1. C. de anal: exc. Et possessorium iudicium non rectè ab Interpretibus dividi in summarium, & ordinarium docet Cuias: in L. si solo in 1. observ: 20. quia causa possessionis generaliter spectata momentanea cum appelletur, ordinaria dici non potest, per L. momentanea 8. C. unde vi & L. un: C. si de mom: poss: L. ordinarij 13. C. de R. v. 1.

9. Demum ex forma seu modo procedendi, iudicium dividitur in ordinarium, & in extraordinarium seu summarium, hoc est, in quo proceditur simpliciter & de plano sine strepitu & forma iudicii, ut in causis electionis, postulationis, hæresis læsæ Majestatis, in quibus nunquam solemnia observantur, neq; plena plerumq; causæ cognitio intervenit: ut optimè explicatur in Clement: Sapè de verb: signif: cap: fin: de hered: in 6. & Extravag: Henrici VII. quo-

A 5

modo

modo in læsa Majest: quamvis etiam in his
excludi non possint probationes necessa-
riæ & defensiones legitimæ: citatio, præ-
statio juramenti, de calumnia vel malitia,
aut de veritate dicenda, & sententia defi-
nitiva in scriptis à Judice feratur, quando
de levioribus, & parvi momenti causis
non agitur, *per Gl. in L. 3. §. sciendum ff. ad
exhibendum.* Ordinarium verò seu plena-
rium, in quo judiciorum ordo solenniter
observatur, plena causæ cognitio adhibe-
tur, ut cum reo citato, libellus, seu actoris
intentio scripta editur, & litis fit contesta-
tio, præstito juramento calumniæ, re per
probationis legitimè excusâ, & sententia
postremo executioni mandatâ, nisi ea per
appellationem, vel restitutionem in inte-
grum, vel supplicationem suspendatur,
rescindatur, vel nulla declaretur, ut habet
L. prolatam, & ibi DD. C. de Sent: & interlocu-

10. Et ordinaria quidem judicia plera-
que sunt, extraordinaria verò pauciora, &
legibus nominatim prodita; qualia qui-
busdam censentur, possessoria, de quibus
sup. concl: 6. petitio bonorum possessionis
ex edicto Carbonis *per L. 3. ff. de Carb. ed.*
missio